GREGORIUS DE SCLAVONIA. LEGENDAE SANCTORUM. MELLICENSIA. CALENDARIUM
Melk, 1460 und um 1460 Seite 59r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



se porrigens/supra totum se undiq; monasterij
circuitum dilatauit Quid uerba diuicius pro
tham? O inenarrabilis superne uirtutis poten
cia. o nunq; deficiens super electos diuina cu
stodia Protinus sese nubes in largissima im
brifere inundationis fluenta resoluit. adeo ut
non modo voracis incendij flamas extingueret.
sed et omnem sancti loci circuitum profluenci
um procellarum copiosis inundationibus ir
rigaret Et ne quis ambigat nubem illam
meritis beatissimi deoq; dilecti Benedicti fu
isse prolatam atq; ad solam sancti loci eius p
cessisse custodiam. cum tota celi spera continu
a undiq; serenitate clarescaret. sic se ad mensu
ram monasterij nubes illa cohibuit. ut uber
tim quidem sanctis edificijs adiacencia queq;
perfunderet. ad finitima autem et contigua que
libet loca penitus non stillaret Nam et hij
qui de siccioribus locis ad protegendum monaste
rium undiq; confluebant. mirabantur se subito
madefieri. cum eatenus fuerint non aquis sed
sudoribus tabefacti Quam firmam ergo fidu
ciam fratres mei in tam strennuo tamq; perui
gili possumus habere patrono Qui enim seui
entis incendij flamas a milium lignorum uel
lapidum conflagratione prohibuit. q; ualido pu
tamus auxilio animas nostras ad ymaginem